peccata mortalia perpetrauit. tot
demonia habz et obsessa est tot
demonijs. vnde maria magdale
na dicitur fuisse obsessa septē de
monib9. qz septem peccatis mor
talibus inuoluta fuit. sm Criso.
Sed si volum9 sanari in anima
debem9 orare cum Ezech. Cui cū
vita esset negata a deo p pphetaz
ad pietem cōuersus fleuit amarē
et orauit ad dn̄m. et die tcia fuit
sanatus ita vt intraret tēplū. Nō
historiā. iiij. Reg. xx. qz Cassz. di
cit sup psal. Oracō abstrahit cor
a terrenis. mūdat a vicijs. suble
uat ad celestia et reddit capaci9
et dignius accipienda bona spū
alia. Exemplū monialis quedā
temptata exiens ordinem aposto
tauit seducta a iuuene. p pcessuz
tempis cū eam iuuenis desereret
facta est publica meretrix. qdaz
tempe cogitarē cepit de statu suo
in quo fuerat ante illū miserum
statū in quo tunc fuit. Cumqz co
gitaret de districto iudicio dei qꝫ
reddituta essz racōem de ōni tem
pore vite sue. de ōni verbo. de ōni
cogitacōe. de obmissis et cōmissis
desperauit dicēs. Pctā mea sunt
sup numerū arene maris. quō er
go racōnem reddam corā tam di
stricto iudice. Quadā autez die
natiuitatis incidit sibi qꝫ deus tātū
humiliassz se qꝫ ppter hominē fa
ctus est puer. cepit cogitare intra
se. O si possez ego misera nunc co
ram isto puero graciā inuenire.
Et omnib9 egressis post missam
pmaz ipsa sola remansit ante al
tare rogans deū cum lacrimis di.
Dn̄e ihu xpe qui ppter peccatorēs
factus es homo miserere michi pec
catrici. et ecce vox de altari dixit.
O filia mea dilecta dimissa sūt ti
bi omnia pctā tua. vade in pace
et amplius noli peccare. Roge9.:

Dn̄ica. xxij. Ser. cxlix.

Hoc oro vt caritas dei ma
gis ac magis abūdat ī
vobis Philip. p. Dicit
apostol9 qꝫ sine caritate nemo po
test saluus fieri: hortatur nos ad
caritatē habēdam. et qz incertū
est qui habeant caritatē et qui nō
Sciendū est qꝫ octo sunt signa
caritatis p que pbari potest vtrū
homo diligat deū an non. Primū
signū est qꝫ qui diligit deum libē
ter cogitat de deo. Nam dicit Ma
th. vi. Vbi est thesaur9 tuus ibi
et cor tuum erit. Naturale est em̄
qꝫ quicquid diligit homo corde ī
tendit. sic qui diligit deū non ali
ud cogitat qꝫ de deo. vn̄ Gregori9
omel. xv. sup illud. Dn̄e si sustu
listi illum dicito michi Dicit em̄
basili9 in exameron. Thesaurus
indeficiens est amor diuin9. quē
qui habz diues est. quicūqz carz
paup est. vis amoris hoc facere
solet in animo vt quē amat sēp



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0451
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG